

Oratio Petri de Tereh Corbairnii Episcopi ad Vlad. Jagellonem
in causa Contributi postulati a Bohemis in Regem.

Est in Haghe et Duxofo I. A.
XI

Miratur plurimum serenissime princeps do-
minus meus Sigismundus Romanorum rex, quod
serenitas tua, foederibus, inscriptionibus, atque po-
ctis secum percussis, perum appensis, nepotem
suum Sigismundum Korybuta Lithuanie du-
cem, cum exercitu gentium Polonicarum pote-
ti in subsidium hereticis et adversariis suis
transmisit. Qui fideles suos ab obedientia ab-
strahit, castra quoque, et civitates subditi-
onis conquirit, et Bohemorum, hereticorum rebelli-
onem et sectam quam maxime nutrit, et con-
fortat. Miratur insuper quod serenitas tua fro-
tes ordinis Cruciferorum de Prussia sibi et
Romano imperio devotos et subditos, bello du-
ro, et gravi affligit, et vastat, postquam super
ventilatis inter serenitatem subam, et ordinem
causis, iustam sententiam Vratislaviae se ar-
bitratus pronunciasse. Rogat itaque tuam se-
renitatem et obsecrat, quatenus nepotem suum
ducem Sigismundum Korybuta cum omnibus
gentibus, quae cum illo sunt ex Bohemia re-
vocet, et morari sibi illic, ferreque hereticis
prosidia interdicit. Si autem serenitas tua esti-
mat sibi dominum meum Sigismundum
Romanorum regem in aliquo injuriam fecisse,
offert cum tua serenitate in arbitrium ve-
nire, aut communium amicorum, aut con-
siliariorum utriusque regni, Polonie videlicet
et Sannonie, iustaque inscriptionum formam fa-
cere decisionem: obsecrat insuper majori, quo va-
let affectu, ut serenitas tua ex terris ordinis

discedens

Discedens, eas amplius ferro, et igne vastare et
consumere desinat. Et si ordo Crucifericus est tua
serenitati in aliquo culpabilis, offert dominus me-
us Sigismundus Romanorum rex, qui illum in su-
a potestate et ditone continet, compellere ordinem
ad omnem justitiam et aequitatem sententiamque
suam ad pronuntiationem, si gravis et onerosa ta-
de serenitati appareat, reformare et corrigere. Haec
legatus Sigismundi, cui Vladislavus jam dudum
ante quid ad singula capita reponendum esset,
in numerato habens, in haec verba respondit:
Non habet frater meus Sigismundus Romanor-
um et Hungariorum rex, justam mirandi causam, si e-
go pluribus annis pacem cum Cruciferis hosti-
bus meis et apud sedem apostolicam et ipsum
regem Romanorum, aliisque locis quosdam
nusquam inveniens, iusto et necessaria arma
contra illos induerim. Et deficiente in terris
justitia, a caelestibus mihi illam quaesierim.
Gravibus enim licet laesissimis injuriis, publi-
cis provocatus opprobriis, fortissimo militum ro-
bore abundans, bellum tamen hosti meo non
intuli, sed primum in ipsum Sigismundum
Romanorum regem super singulis questioni-
bus, et injuriis compromisi. Qui etsi patrem
meam quod etiam apud Scythas iniquum
censetur audire dedignatus, injustam in me
sententiam intulisset, et potestate sibi tra-
dita abutens, paternas meas, et naturales
terras, de quibus arbitrandi velut his, quae
in questionem non venerant, nullam habes-
bat potestatem, mihi abjudicasset, volui tamen
principis catholici more onerosam, et duram
mihi sententiam custodire, nisi ordo ipse, in
cujus favorem lata est, in omnibus fere illi
contraveniens

contraveniens, nec soloit aurum decretum, nec ca-
 stras demoluit creta nec terras restituit occupa-
 tas. Deinde ad sedem apostolicam recurrens, no-
 mie ingenti sumptu, et meam justitiam, et ordi-
 nis iniquitatem monstravi, et tam claram reddidi
 ut apostolicus iudex Antonius Zeno justissimam
 pro me, et contra cruciferos laturus senten-
 tiam, imperantem restitutionem terrarum Se-
 meranie, Chelmenfis, et Sihaloviensis apud Gol-
 goviam pro certo die consedisset, sua tamen pro-
 nunciatio, Sigismundo Romanorum rege operan-
 te, efficientesque, apostolica prohibitione exsti-
 tit impedita. Quasi post hac treugas firmare
 cum ordine, etiam justissimum prorsus bellum
 nisi fratrem meum Sigismundum regem Ro-
 manorum, vasrum, et duplicem in me agro-
 vissem, qui me et regnum meum periculosus-
 lesum, et pessumdatum in satagens, ea conditio-
 ne, atque lege ordini firmare meum desti-
 natis litteris quas originaliter apud te produ-
 co, mandavit treugam, quatenus liceret il-
 lam ad apostolicam, vel imperialem iussione
 violare, et treuga confecta et ipso mandante
 meque existente seuro, ordo liberius in regnum
 meum grassaretur. Et nisi operante Dei clemen-
 tia litteris suis dolum prefatum detegentes, in
 manus meas, et notionem pervenissent, firmare
 treugam cum ordine, etiam sub conditione
 prefata, quam miseri petebat annuissem. Non
 licet mihi itaque fidere de sua amicitia am-
 plius neque causam meam illius cognitioni
 credere, quem et opere et litteris experior calli-
 dum et gravem hostem non prius neque se-
 cus propitia mihi divinitate, de hostilibus terris
 excessurus, donec eos aut finali exadio vastabo, a.,
 ut

ut armis pacem mihi et regno meo aequis con-
ditionibus procurabo. Liqueat autem quod ducem
Siginmundum Coributh ego in Bohemiam non
miserim, quapropter nec pro eo mitendo respon-
dere.

22

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]